[illegible]

tendo in aquam et extrahendo .

[illegible] deleantur . hic

natura ad ymaginem tuā cōdita

et ad honorem sui reformata principii

[illegible]atis squaloribus emund[illegible]

[illegible] homo hoc sacramentum rege

– Personalschriften –
= 54 Nummern, 1628.–1642. J. =

51.	Albinus, M. Dav.	44.	Heinrich, Dan.	35.	Pucklirsch, Jos.
32, 33, 34.	Balduin, Fried.	46.	Holtzmüller, Gl.	41.	Quellmalz, Dav.
42.	Bamberg, Dav. d. J.	29.	Horlemann, Andr.	8.	Röber, Sabina
26, 27.	Barthmann, Joh.	49.	Hülsemann, Johann	45.	Schindler-Berger
4, 5.	Biener, Christ.	50.	Ilschner, Paul	43.	Sperling, Paul
40.	Braun, Valtin	7.	Johann Georg, Kurfürst	18.	Ströer, Matth.
20.	Coler, Johann	21.	Kirsten, Mart.	1.	Treutzsch, Chris. u. a.
22.	Cramer, Theod.	17.	Liborius, Johann	11.	Ule, Johannes
24.	Crusius, A.	16.	Macht, Michael	12.	ders.
48.	Ehrenhold	3.	Neefe, Joh. Casp.	25.	Wagner, Gottf.
23.	Emmerling, Sam.	13.	Nigrinus, Wilh.	6.	Weber, Paul
54.	Evenus				
52, 53.	Ferdinand III	14.	ders.	31.	Wechinger, Joh.
10.	Gärtner, Paul	15.	ders.	39.	Weißkopff, Joh.
47.	Etzliche Gotterrichtungen nach Ovidscher Art	36.	Plattner, Georg	9.	Weller, Jakob
2.	Graul, Daniel	37.	Polonius, Raph.	19.	ders.
28.	Graul, Daniel	38.	ders.	30.	ders.

E.

30

PROPEMPTICON

Plurimùm Reverendo, Præclariſsimo atque Excellentiſsimo Viro

DN. JACOBO WELLERO,

SS. Theol. Doctori eximio, ejusdemq; hactenus in Academia VVittebergenſi Publico Profeſſori Extraord. & Oriental. Lingv. Ordinario meritiſſimo: nunc verò vocato Eccleſiarum Brunſvicenſium Coadjutori digniſſimo,

exhibitum & concinnatum

â

Commenſalibus & Diſcipulis,

Qui ipſius diſceſſum propediem inſtantem exoptant feliciſsimum.

WITTEBERGÆ

Excudebat MICHAEL Wendt Anno 1640.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

BENEDICTIO DAVIDICA
ex Pſalm. 92. v. 12.

Der Gerechte wird grünen wie ein Palmbaum / Er wird wachſen wie ein Ceder auff Lybanon.

FLorebit JUSTUS, ceu *Palma*, ut Olympica *Laurus*,
Creſcet ut in Lybani collibus alta *Cedrus*.
Sic quoque WELLERUS *Brunsvviga* creſcat in *urbe*,
Et *Paſtorali* creſcat in *æde* ſua.
In DOMINI templo inſertus cum fœnore largo
Atria floreſcat per ſpecioſa DEI.
Exitum & introitum fortunet in Urbe & in æde
PASTOR in Iſrael pervigil ille ſuo.
Addat adhæc Ipſi, cumulataq́; lucra reponat
His quoque quæ *talis ſemina ſtirpis* erunt.
Et *ſocios comitesq́;* Dei clementia reddat
Felices: in Eâ ſpem poſuere ſuam.
O DEUS exaudi! creſcat WELLERIA virtus
Palma ut odorifera, ut *Laurus*, ut alta *Cedrus*.

Ita ex animo precatur, cum Excellentiß.
Doctore Wellero Brunſvicum
profecturus.

M. Johannes Schindlerus
Chemnicenſis.

Vlx ego Leucoridum viridi ſub ceſpite dego,
Virtutis coëmens uberioris opes.
Eheu! quam dextrô privor Doctore, ſagaci
Quô duce ſperabam cultior ire domum.
Quid faciam? immites nil fata moventur ob iras;
Applaudam votô, ſint pia fata piis.

gratulabundus apponebat
Caſparus Fridericus â Lôben
Nobilis Luſatus.

IN te, Clare Virûm, ſemper mea fixa fuit ſpes,
Abſenti notum Te mihi Fama tulit.
Vix me ſub ſacrâ Witeberga receperat umbrâ;
Cura mihi de Te quærere prima fuit.
Vix intromiſſum placidô ſermone beaſti,
Quærentiq; dabas læta reſponſa mihi.
Haut (equidem fateor) Temet mihi mitior alter
Viſus erat, quem ſic Virtus ad aſtra tulit.
Hactenus ergò meis ſemper fiducia Muſis
Me devinxiſti, Vir Reverende, Tibi.
Immò ego Convictor, denſoq; Domeſticus uſu,
Sum tuus, ac veluti Filius alter amor.
Tantis pro meritis grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ, ſors levis atque negat.
Attamē hæc mihi ſemper erunt infixa medullis,
Perpetuusq; animæ debitor hujus ero.
Quod supereſt, Mahanaim Te comitentur ab omni
Parte ſuô ductu, ducat & ipſe Deus.

Creſce

Creſce, vireſce magis, famâ ſuper æthera notus,
Ex animô revoco, creſce, vireſce magis.

Hôc piô votó debitam obſervantiam
declarat erga Præceptorem ſuum

M. Johannes Laurentii
Gubenâ Luſatus.

MAturas, VVELLERE, viam, quam docta juventus
Conſequitur triſti mente pedumq; gradu.
Seu tua deturbat mœſtos doctrina, fideli
Succurrens cunctis nocte dieq; manu.
Seu feſſos recreat dulcis mens hoſpitis almi,
Mens tua, quæ menſæ dogmata ſæpe dabat.
Plus ſapiunt epulæ, quas condit ſermo ſuävis,
Dant vires animo corporibusq; ſimul.
Altricem linques urbem; tua vota manebunt;
Accedes almam concomitante Deo.

εὐφημ: ἕνεκα ſic vovebat
ex animô

Paulus Schröter Lipſ.
Φιλίατρ.

SUrge Deo ſummo Muſisq; ſacrata juventus,
Nec te pæniteat rore rigaſſe genas.
Namq; minùs læto diſcedit ſidere *Doctor*
WELLERUS noſtri firma columna chori.

 Proh

Proh dolor! omne jacet quid *Græcus*, quidquid *Ebræus*,
Quid *Chaldæus*, *Arabs* jactitat atque *Syrus*.
O ſi nos porrò docuiſſet Palladis artes!
Eſt noſtris ſtudiis noxius hic abitus.
Sed fortaſſe ſuos nobis fortuna labores
Invidit. Sic eſt res ea viſa DEO.
Fata igitur cum juſta jubent diſcedere, fruſtra
Sunt lacrymæ, Sophiæ vade Corona nitens.
Vade, Vale ſummum quo te nunc alloquor hoc (eſt
Vir Reverende Vale, Vive, Valeq́; diu.
Deniq́; quod ſupereſt, ſuccus loliginis atræ
Ceſſet & haud valeat lingua nocere procax.

Johannes Reinhardus
Jacobæus.

VIr pietate gravis, WELLERUS, nobile lumen
Theilogiæ Patrum, Philologûmq́; decus,
Mœnia *Brunonis* ſcandit cathedramq́; Beati
Chemnitii linquens pulpita noſtra Scholæ.
Flet Witeberga *Virum*, plorat ſtudioſa Juventus
Doctorem planctus angulus omnis habet.
Sed quid? quo Dominus nos vult perducere, eundum,
Noſtra ſub imperio ſors manibusq́; DEI.
Gratulor hinc merito, votis mea votula jungo:
Sit DEUS ipſe comes, *Teq́, Tuosq́;* beet.

Ita Dn. Præceptori & Hoſpiti ſuo omni
obſervantiæ cultu proſequendo
vovet ex animo

Daniel Schneider Miſenenſis.

Quando

QVando alias, Venerande Pater, jam quærimus oras:
Hæc ex devoto pectore vota fero.
Curet nos DOMINUS; nos crimine ſervet ab omni:
Sit vitæ noſtræ portus & aura DEUS.
Tu DEUS ipſe fave: Sic ſpero conſore vota
Quæ precor ex animo: Tu DEUS ipſe fave.

Martinus Gräffenthal Witte-
bergenſis.

QVamvis Eumenides ſuas
Evomant furias turbine maximô,
Et Mars Miſniadas plagas
Divexet miserè ſub moderamine;
Non horret tamen enthea
Noſtræ Leucorides linquere pulpita
Weller Theuſophies Decus
Et BrunſWigiadum ſcandere pulpita.
Ergo grator, ut alite
Fauſtâ cedat iter, quò doceat gregem.

Iohannes Tzſchoppelius
Chemnicenſis.

ILle, tuum *fulcrum*, WELLERUS, Leucoris alma,
Nunc ad Brunſvigæ mœnia pergit iter:
Quem DEus ex tantis voluit ſupereſſe ruinis,
Et variis mirè cladibus eripuit,
Ad noſtras tandem ſedes qui mitteret illum,
Strenuus ut nobis *ædificator* eat,

Et do-

Et doceat largo nos fœnore, quicquid *Ebræus*,
Chaldæus, *Syrus*, *Græcus*, *Arabsq́;* tenent.
Hic, inquam, noſtras properat rellinquere ſedes,
Extremumq́; Tibi dat Witeberga Vale.
Proh! quæ ſublato *fulcro* metuenda ruina!
Qui rerum turbo mox ruiturus erit!
At tu, Sancte Deus, noſtrâ Tu tangere ſorte,
Fac abſit nobis iſta ruina procul:
Atque aliud noſtro *fulcrum* ſuppone Lyceo;
Sic voce aſſiduâ Te Witeberga canet,
Acriter & quævis contra phantaſmata ſtabit,
Quæ laudes ſatagunt obtenebrare tuas.
I nunc, Vir præſtans, quò Te vocat ipſe Jehovah,
Hic Tibi ſit perpes duxq́; comesq́; viæ,
Ac veluti noſtræ *fulcrum* præſtare valebas
Leucoridi, & nobis *ædificator* eras:
Sic *fulcro* tua Te firmo Brunſviga fruatur:
Sic illam voveo fauſtius *ædifices*.

Apponere debebat

Joh. Erneſtus Bornicius
Wurzenâ Miſnicus.

Stadtbibliothek Chemnitz
A 145109 5

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ